Ehrengruber, Stephanus
De carmine Panegyrico
Messalae pseudo-
Tibulliano

SECHSUNDVIERZIGSTES

PROGRAMM

DES

KAIS. KÖN. OBER-GYMNASIUMS

DER BENEDICTINER

ZU

KREMSMÜNSTER

FÜR DAS

SCHULJAHR 1896.

INHALT:

LINZ 1896.
K. U. K. HOFBUCHDRUCKEREI JOS. FEICHTINGERS ERBEN.
VERLAG DER DIRECTION DES K. K. OBER-GYMNASIUMS ZU KREMSMÜNSTER.

De carmine Panegyrico Messalae
Pseudo-Tibulliano

scripsit

Stephanus Ehrengruber.

VII.

Ex **particulis concessivis panegyristam** bis copulam **„quamquam"**, quae in **Tibulli** carminibus **nusquam** legitur, posuisse adnoto. v. 1: „Te Messala canam; **quamquam** me cognita virtus — Terret, ut . . ., — Incipiam tamen[1]) . . .", ubi particula **post caesuram penthemimerem** adparet, et v. 28: „Nam **quamquam** . . . superant tibi laudes — Non tua maiorum contenta est gloria fama", ubi „quamquam" **in initio** versus post particulam „nam" ponitur. Nec **Lygdamus** hac particula usus est nec **Propertius. Catullus** „quamquam" bis **in initio** versuum posuit conl. 68. 128: „Quamquam praecipue multivola est . .", 66. 69: „Sed quamquam . . . premunt" (antecedente altera particula), semel **post caesuram** in 67. 10: „Culpa mea est, quamquam dicitur esse mea". — **Horatius** eandem particulam octies usurpavit atque in C. I. 28. 35: „Quamquam festinas . . ., non est . . .", II. 19. 25: „Quamquam . . . dictus . . .", III. 9. 21: „Quamquam . . . ille est . .", 16. 33: „Quamquam nec . . . ferunt . . ." in **initio versuum,** in Sat. I. 1. 24: „Percurram, quamquam videntem . . . quid vetat? . .", Epist. II. 1. 124: „Militiae quamquam[2]) piger et malus, utilis urbi", quibus addas C. 21. 9: „Non ille, quamquam . . . madet . ." **post caesuram trithemimerem,** semel, in Sat. II. 1. 23: „Cum sibi quisque timet, quamquam est intactus et odit" **post caesuram penthemimerem** posuit. — **Vergilius** particulam „quamquam" etiam non saepe adhibuit eamque in A. II. 12: „Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit

---

[1]) conf. V. p. 20.

[2]) particula 2. enuntiati locum obtinet.

— Incipiam . . ."[1]) V. 195, XI. 415: „Quamquam, o . . ."[2]) VI. 394: „Dis quamquam geniti . . essent . .",[3]) (antecedente monosyllaba vocula) **in initio** versuum, in A. II. 533: „Hic Priamus, quamquam . . . tenetur . ., . . non tamen . . .", X. 857: „Se femur; et, quamquam . . . tardat . .". XI. 2: „Aeneas, quamquam . . . praecipitant . ." **post caesuram trithemimerem** antecedente interpunctione, in E. 8. 19: „Dum queror, et divos, quamquam nil testibus . . . — profeci . .", A. II. 299: „Et magis atque magis, quamquam secreta . . . recessit . .", IV. 393: „At pius Aeneas, quamquam . . . cupit . . iussa tamen . .", XII. 746: „Nec minus Aeneas, quamquam . . . impediunt . .", etiam praecedente interpunctione **post caesuram penthemimerem**, ita ut altera copulae pars in caesuram hephthemimerem cadat, posuit. Sed illud poni post caesuras non hoc incidere ante caesuras momenti esse optime demonstrat G. I. 469: „Tempore quamquam‿illo tellus quoque et aequora . . . Signa dabant . .", ubi copula post primam diairesin posita enuntiati secundum locum obtinet et altera copulae pars in caesuram cadens synaloepha conripitur. — Particulam „quamquam" a poetis raro usurpatam fuisse etiam ex **Ovidii** carminibus elucet. Nam in tot versibus vicies et semel copulam „quamquam" repperi et quidem in M. I. 613, VIII. 811: „Quamquam invita probat . .", „Quamquam aberat . . ." **in initio** versuum positam, in H. 19. 58: „Et, quamquam non vis . .", Trist. I. 3. 35: „Et, quamquam . . sumo — Attamen . .", III. 9. 17: „Et, quamquam superest . .", M. I. 184: „**Nam, quamquam** . . erat, tamen . .", Trist. IV. 8. 49: „**Nam quamquam** . . est . . — Plus tamen . ." (conf. **paneg.** v. 28: **Nam quamquam** . . ."), M. XII. 83: „Sed quamquam . . — fuit . . — Nil tamen . .", III. 186: „Quae quamquam . . est . . . tamen . .", XV. 244: „Quae quamquam . . distant, tamen omnia fiunt", ex P. III. 8. 23: „Quae quamquam misisse pudet . . — Tu tamen haec . ." **in initio** versuum altera particula vel pronomine antepositis conlocatam. In M. III. 578: „Fecerat et, quamquam differt . . .", VII. 425: „At genitor, quamquam laetatur . . .", XII. 500: „Vixque viro, quamquam‿ille vir est . .", XIV. 465: „Admonitu quamquam[4]) luctus renoventur . . — Perpetiar memorare tamen . . .", ex P. IV. 3. 11: „Ille ego sum, quamquam non vis . ." copula „quamquam" post **caesuram**

[1]) conf. pan. v. 1. et 3.

[2]) phrasis quasi antecedentem sententiam conrigens.

[3]) Vergilius igitur particulae „quamquam" etiam coniunctivi modi formas adnexuit.

[4]) „quamquam" 2. enuntiati locum obtinet.

semiternariam posita est, antecedente, si M. XIV. 465 excipis, interpunctione, et iterum M. XII. 500 docet, conlocationem particulae **post** non **ante** caesuram premendam esse. In M. I. 395: „Coniugis augurio quamquam[1]) Titania mota est — Spes tamen . .", VII. 37: „Di meliora velint. Qua[m]quam non ista precanda — Sed . . ", 165: „Confiteor coniux, quamquam mihi . . . dedisti", VIII. 575: „Quod gerat illa, doce, quamquam non una videtur", H. 15. 125: „Illic te invenio; quamquam regionibus absis" denique haec copula **post caesuram semiquinariam** conlocatur. — Atque respicias, semel Vergilium (A. VI. 394), bis Ovidium (M. XIV. 465 et H. 15. 125.) copulae „quamquam" **coniunctivi** modi formas adiunxisse.

Particula **„quamvis"** (= ὅσον βούλει) a **Tibullo**, si I. 8. 59: „Et possum media quamvis obrepere nocte". ubi sine adiecto verbo usurpata est pro: quamvis sit media nox. et IV. 6. 18: „Nec, liceat quamvis, sana fuisse velit". a nonnullis pseudotibullianum indicatum. excipis. nusquam postponitur atque **quater** in **Tibulli** elegiis legitur atque cum **coniunctivi** modi plerumque temporis **praesentis** formis coniungitur. Sic in I. 4. 41 ets: „Neu comes ire neges, quamvis via longa paretur — Et . . . torreat . . siti, — Quamvis praetexens . . admittat . ." „quamvis" semel **in initio** versus, semel **post caesuram penthemimerem** ponitur, quod etiam in I. 6. 67: „Sit modo casta, doce. quamvis non vitta . . inpediat . ." et supra citato I. 8. 59. fit. In I. 8. 15: „Illa placet, quamvis inculto venerit ore" (et IV. 6. 18. supra citato) haec particula **post caesuram trithemimerem** adparet. — **Lygdamus** hac particula bis usus est in carminis 6. v. 29: „Quamvis nulla mei superest tibi cura mei" (**in initio** versus), v. 56: „Perfida, sed quamvis perfida, cara tamen" (**post primam diairesin** antecedente altera copula et non adiecto verbo) atque etiam **indicativi** modi formam adiunxit. — **Panegyrista** eandem particulam **ter** adhibuit, v. 61 ets: „Solum nec . . . verterunt pocula Circes, — Quamvis illa **foret** Solis genus . .", v. 49 ets: „Nestora vel . . Ulixen, — Vixerit ille senex quamvis, dum terna per orbem — Saecula fertilibus Titan **decurreret** Horis,[3]) — Ille . . . erraverit urbes", v. 181 ets: „Lanquida non noster peragit labor otia, **quamvis** — Fortuna, ut mos est illi, me adversa fatiget", et variorum temporum formas adiunxit atque „quamvis" more non Tibulliano **ad finem** enuntiati[2]) (in v. 50., ubi „quamvis"

---

[1]) „quamquam" 3. enunciati locum obtinet.

[2]) conf. V. p. 20, ubi idem de particula „tamen" adnotavi.

[3]) conf. simplicem dictionem Tibulli II. 4. 45: „. . ., centum licet annos — Vixerit. . . ."

post caesuram penthemimerem postponitur), vel **in fine** versus posuit (conf. v. 181.). — **Catullus** hac particula quinquies usus est eamque ter **in initio** versuum conlocavit 12. 5: „Quamvis sordida res . . . est", 35. 8: „Quamvis . . . revocet . . .", 90. 7: „Et. quamvis . . coniungerer . . ." (antecedente altera copula), et bis propria notione usurpavit atque **post primam caesuram** postposuit, 101. 2: „Deinde esto quamvis (= quantum vis) saevus . . .", 109. 3: „Sed cuivis quamvis potius succumbere fas est — Quam . . .". Respicias denique etiam Catullum semel **indicativi** modi formas particulae „quamvis" adiunxisse. — **Propertius** saepius copulam „quamvis" suis carminibus adnexuit atque duodecies **in initio** versuum posuit, I. 17. 16: „Quamvis dura tamen rara . . . fuit", 18. 13: „Quamvis . . debet", II. 8. 27 ets: „Quamvis . . . mors est inhonesta futura, — Mors inhonesta quidem, tu moriere tamen", (respicias **indicativi** formas). I. 8. 37. 10. 7, 19. 17, II. 25. 33, 32. 35, 34. 75: „Quamvis . . . (daret, premeret, remorentur, vocet, dicat, requiescat). I. 3. 13: Et quamvis . . . iuberent . . . — Non tamen . .", 15. 13: „Et quamvis . . visura, dolebat — Illa tamen . ." (antecedente copula „et"), II. 17. 17: „Quod quamvis ita sit, . . cavebo" (antecedente prononime), septies post **caesuram penthemimerem** interpunctione antecedente, in I. 8. 37: „Quamvis magna daret, quamvis maiora daturus, — Non tamen . . .", II. 24. 37: „Certus eras heu heu, ‖ quamvis nec sanguine avito — Nobilis et ‖ quamvis non ita dives eras"[1]) II. 3. 9: „Nec me tam facies, quamvis sit candida, cepit", II. 7. 3: „Ni nos divideret, quamvis diducere . . . — Non queat . . .", II. 25. 29: „Tu tamen interea, quamvis te diligat illa", II. 9. 44: „Nunc quoque eris, quamvis sis . .", IV. 7. 49: „Non tamen insector, quamvis mereare, Properti", post **caesuram trithemimerem** sexies, in II. 5. 29: „Crede mihi, quamvis contemnas . . .", III. 19. 28: „Victor erat, quamvis . . . fuit",[1]) II. 32. 33: „Ipsa Venus, quamvis corrupta (fuit)[1]) . .", ubi „quamvis" antecedente interpunctione conlocatum est, et II. 24. 38: „Nobilis, et quamvis non . . erat"[1]), II. 9. 7: „Visura et quamvis nunquam speraret Ulixen", II. 24. 8: „Urerer et quamvis nomine, verba darem", ubi copula subordinativa copulativae postponitur. — **Horatius** quinquies decies hanc copulam usurpavit eamque decies **in initio** versuum posuit, et quidem in C. I. 14. 11: „Quamvis . . . iactes . .", III. 7. 25: „Quamvis non . . conspicitur[1]) . .", Sat. I. 3. 15: „Quamvis crassa, . . .", Epist. I. 17, 1: „Quamvis, Scaeva . . .

---

[1]) Respicias indicativi modi formam.

consulis[1] . . .", A. p. 35. 5: „Quamvis est monitus[1]) . . .", et in C. III. 10. 13: „O, quamvis neque . . . curvat[1]) . . .", Sat. II. 4. 90: „Nam, quamvis . . referas . ., non tamen . .", I. 3. 129: „Ut, quamvis tacet[1]) . . . cantor tamen . .", II. 5. 15: „Qui quamvis[2]) . . . erit[1]) . . . ne tamen . .", Epist. I. 14. 6: „Me quamvis[2]) . . . moratur[1]) . . . tamen . .", ubi particulae „quamvis" altera copula vel pronomen antecedit, ter **post caesuram primam vel trithemimerem** in C. III. 11. 17: „Cerberus, quamvis . . . muniant . . ", IV. 2. 39: „Nec dabunt, quamvis redeant . .", 6. 6: „Filius quamvis[2]) . . . quateret . ." (altera scriptura est „quamquam" pro quamvis), semel **post caesuram penthemimerem** in Epist. II. 2. 113: „Verba movere loco, quamvis invita recedant", **semel ad finem versus** in Sat. II. 1. 74: „Decoqueretur olus, soliti. Quidquid sum ego, quamvis — Infra Lucili censum . ., tamen . .". — **Vergilius** octies decies particula „quamvis" usus est eamque novies **in initio** versuum conlocavit, in E. 1. 34: „Quamvis multa . . exiret . .", 2. 16: „Quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses", G. I. 38: „Quamvis Elysios miretur . .", III. 120: „Quamvis saepe . . . egerit hostes — Et . . referat . .", A. III. 454: „Quamvis increpitent . .", V. 542: „Quamvis solus . . deiecit[1]) . .", VIII. 379: „Quamvis et Priami deberem . .", et in G. I. 196: „Et, quamvis igni exiguo, properata maderent", A. I. 3: „Ut, quamvis avido, parerent arva colono" (antecedente altera copula), sexies **post caesuram penthemimerem** in E. 1. 48: „Et tibi magna satis; quamvis lapis . . . obducat . .", 2. 16. (supra citato), 3. 84: „Pollio amat nostram, quamvis est[1]) rustica, Musam", 4. 56: „Nec Linus; huic mater quamvis[3]) . . adsit . .", G. III. 306: „Nec minor usus erit, quamvis Milesia . . . mutentur . .", A. VII. 491 ets: „Errabat silvis; rursusque ad limina nota — Ipse domum sera quamvis[4]) se nocte ferebat", ter **post caesuram trithemimerem**, in E. 6. 50: „Concubitus, quamvis collo timuisset aratrum", G. III. 387: „Illum autem, quamvis aries sit . .", IV. 206: „Ergo ipsas quamvis[3]) angusti terminus aevi — Excipiat . . . at genus inmortale manet . .". Iam vides, Vergilium hanc copulam saepius in eclogis et georgicon libris quam in Aeneidos adhibuisse atque ter cum indicativi modi formis instruxisse. — **Ovidius** denique centies vicies septies fere copulam „quamvis" carminibus iniunxit

---

[1]) Respicias indicativi modi formam.

[2]) „quamvis" 2. enunciati locum obtinet.

[3]) „quamvis" in 3. enunciati locum transponitur.

[4]) „ „ 7. „ „ „ Sane scio „sera quamvis nocte" pro: „etiamsi sera nocte se ferebat" positum.

atque dimidiam horum locorum partem adtribuo iis, ubi „quamvis" **post caesuram penthemimerem** adparet. Liberius etiam egit Ovidius, cum fere **non saepius** cum coniunctivi modi quam cum **indicativi** formis hanc particulam coniunxisset. Vicies et bis „quamvis" legi **in initio versuum**, in H. 17. 76, 19. 194, A. I. 15. 14, II. 1. 28, A.. a I. 298, III. 325, R. A. 491, M. f. 83, M. II. 177, 568, VI. 376, Trist. I. 5. 50, III. 3. 83, V. 4. 37, 7. 31: „**Quamvis** experiar . . ., . . est[1]) . ., . . . non valet . ., . . erat . . sit . ., . . erat . ., . . . torreberis . ., . . placent . ., . . eras . ., . . est . ., sint . ., acciderint . ., . . . mutaverit . ., adtonitus . ., . . devoveo . ." et in M. f. 41: „**Et, quamvis** . . . removerit . .", M. I. 686: „**Et, quamvis** . . sopor est . .", A. I. 14. 10: „**Sed, quamvis** neuter, mistus uterque color", M. V. 580: „**Sed, quamvis** . . petita est — Quamvis . . eram . .", A. III. 11. 53: „**Ut, quamvis** nolim, cogar . .", Trist. IV. 10. 113: „**Quod, quamvis** nemo est . . .", F. II. 777: „**Sic, quamvis** aberat . .", ubi alterae particulae „et, sed, sic", vel pronomen „quod" antecedunt. Libentissime particulam „**quamvis**" Ovidius **post caesuram penthemimerem** posuit **interpunctione antecedente**, in H. 4. 173, 7. 29, 45, 13. 119, 16. 51, 18. 99, 21. 47, A. II. 2. 55, 3. 15, 15. 13, 17. 19, III. 4. 23, 6. 47, A. a. I. 21, II. 213, 215, III. 213, R. a. 61, 227, M. I. 629, II. 495, III. 170, 494, IV. 206, 269, VI. 154, 490, VII. 207, VIII. 56, 270. 814, 852, XII. 41, Trist. I. 1. 25, 2. 11, II. 135, 183, 555. III. 1. 25, 3. 79, 7. 9. IV. 1. 35, 10. 71, V. 2. 43, 5. 13, 8. 1, ex P. I. 2. 3, 31, 73, II. 2. 101, III. 2. 95, IV. 6. 31, Fast. I. 223, II. 485. III. 393, IV. 515, VI. 231[2]): „. . ., || **quamvis**[1]) . . diceris . ., . . cogitat, . . . merearis . ., . . iuvabit . ., . . videbar, . . retinebat, . . non sim, manifesta, . . ., . . habeare, . . angustus, . ., . . . claudicet . ., . . carebat, erat . ., . . vulneret . ., horrebis . ., sit . ., mittatur . ., placeret . ., invitus, . . ., aversus, . . ., . . . esset in illis, erat . ., irata memorque, . ., despecta, . . ., tenetur . ., . . placebant, secessit . . ., minuant . ., fecit . ., haberet . .. est . ., . . esset . .. . . absit, mordebere . . ., distamus . ., inmane . ., . . . petitis, . . . defuit, . . referam, nocuēre . ., nocuere . ., nocuere . .[3]), sine crimine . .. invisus, . . ., . . absumus . ., abiectus . ., cecidere . .. vidit . .. norit . ., . . veretur, . . abiere . ., . . videtur, . . probemus, intercidit . .,

[1]) Litteris altius expressis locos significari volui, ubi „quamvis" cum **indicativi** modi formis exstructum video atque ad unamquamque verbi formam subpleas „quamvis".

[2]) „. . .: quamvis Iovis ille sacerdos. — Quamvis perpetuus sit mihi lege datus".

[3]) Eadem formula „quamvis nocuere, . . ." repetitur.

properabitis . .. . . urget. . . sit . .", **interpunctione non praecedente** in H. 17. 7: „Nec tibi. diversa quamvis e gente venires, — Obpositas habuit regia nostra fores", Trist. I. 9. 39: „At mea sunt, proprio quamvis maestissima casu, — Tempora profectu facta serena tuo". 10. 11. Hic ego, finitimis quamvis circumsonor armis, — Tristia . . carmine levo . .". M. II. 368: „Qui tibi, materno quamvis a sanguine iunctus, — Mente tamen . . proprior fuit". V. 54: „Ille quidem, iaculo quamvis distantia misso — Figere doctus erat, sed tendere doctior arcus", XIII. 883: „Mittit, et extremus quamvis pervenit ad illum — Angulus e saxo, totum tamen . .", ubi copula „quamvis" voculae enuntiati magis premendae postponitur. Sunt igitur 63 loci, ubi „quamvis" **post caesuram penthemimerem** adparet. **Semel** tantum **ob antecedens pronomen** ut in initio[1], **ab hac conlocatione** „quamvis" **removetur,** in Fast. III. 69: „Moenia conduntur, quae, quamvis parva fuerunt, — Non tamen expediit transsiluisse Remo." **Post caesuram trithemimerem** tricies et septies „quamvis" conlocatur et quidem **antecedente interpunctione** in H. 3. 8. 55. 9. 92. 15. 30. 16. 102. 21. 202. A. I. 13. 13. II. 2. 12. 52. 5. 60. 16. 33. III. 10. 17. A. a. III. 483[2]) R. a. 213. 793. M. III. 628. IV. 232. 256. XII. 182. XIV. 589. Trist. I. 1. 116[3], II. 254. III. 4. 73. IV. 2. 26. V. 9. 25. 14. 44. ex P. I. 1. 15. Fast. VI. 324: .. - -⏑⏑ - ‖ . quamvis[4] . . est. . . dotata. . .. . . erat. . .. . . sonet. . . . erat, non mereatur . .. lassus. . . .. non tueare. . .. audiat, ... queror, . . teneant, . . amet[5]). . . . careatis. . . retinebere . .. odio remanente, . .. amens . ... . . territa. . . poterat, obstet[5] . .. . . des . .. . . docebit . ., non doceatur. . .. . . absim. noverit . .. est . ., . . eat. non est[6]) . . .. . . vocarat . .. **interpunctione non anteposita** in H. 7. 125: „Sit facie quamvis insignis, adultera certe est", 17. 61: „Sceptra tuae quamvis rear esse potentia Troiae. — Non tamen haec illis esse minora puto", Trist. II. 117: „Quo (= et eo ingenio) videar quamvis nimium iuveniliter usus, — Grande tamen . .", ex P. II. 2. 45 ets: „ . . . suscipe causam — Nulla meo quamvis nomine causa bona est", II. 5. 7: „Nam fuerim quamvis . . ." (Ibis 46: „Non soleant quamvis hoc pede bella geri", 58: „Non soleam quamvis hoc genus ipse sequi"). ubi „quamvis" propter altera magis pre-

---

[1] conf. p.

[2] „Sed quoniam, quamvis . . . careatis . .".

[3] Trist. I. 1. 116 = A. II. 2. 52: „Ne quemquam, quamvis . ."

[4] Ad unamquamque verbi formam subpleas „quamvis".

[5] Sane dubitari licet, utrum indicativi an coniunctivi forma genuina sit, cum Ovidium totiens indicativi modi formis „quamvis" copulae instruxisse videamus.

[6] hoc loco tradita scriptura „est" a nonnullis librariis mutata est in „sit".

menda vocabula in 3. enuntiati locum transfertur, et in H. 18. 50: „Icarium quamvis hic prope litus adest", et in Trist. V. 7. 11: „Mista sit haec quamvis inter Graiosque Getasque", (conf. **pan.** v. 48. citatum) ubi copula ex eadem causa 2. et 4. enuntiati locum obtinet. Semel etiam ob antecedentem particulam copulativam „que" copula „quamvis" **post primam diairesin** adparet, in ex P. II. 8. 76: „Iustaque quamvis est, sit minor ira dei". **Quater** denique Ovidius „quamvis" **ad finem versuum, anteposita interpunctione,** conlocavit, A. III. 13. 5: „Grande morae pretium ritus cognoscere, quamvis — Difficilis clivis huc via praebet iter". M. VI. 12: „Quaesierat studio nomen memorabile, quamvis — Orta domo parva . . . habitabat . .", XII. 312: „ . . . Adversum tu quoque, quamvis — Terga fugae dederas, vulnus . . tulisti", XIII. 463: „ . . . minuitque necis mihi gaudia; quamvis — Non mea mors illi . . gemenda est", ad quos versus conf. **paneg.** v. 181. citatum. Cum ex illis 127 locis Ovidianis circiter 84 „quamvis" cum **indicativi** modi formis exstructum exhibent, adfirmo, poetas hanc particulam, nisi metrica causa vel conexus sententiarum coniunctivi modi formas expostulaverit, ut copulam „quamquam" usurpasse atque hac ex causa non dubitaverim, quin nonnumquam genuina indicativi forma sit restituenda. Tamen in v. 181 **panegyristae,** quem adulatorem **coniunctivi** modi formis esse gavisum saepius monui, pro „fatiget" standum erit.

Etiam particulam **„licet"**[1]) **panegyrista** bis adhibuit et quidem in v. 190: „Sed **licet** asperiora cadant spolierque relictis", (**in initio** versus antecedente copulativa particula) et in v. 194: „Adversis hiberna **licet** tumeant freta ventis", ubi „licet" **post caesuram trochaicam** 3. enuntiati locum obtinet. — In **Lygdami** carminibus haec copula non exstat. — **Tibullus** ter eadem particula usus est eamque voci tono ecferendae postposuit, in I. 2. 67: „Ille **licet** . . . agat . . — Ponat et . .", 7. 42: „Crura **licet** dura compede pulsa sonent", (**in initio** versuum) et in II. 4. 45: „ . . . fuit, centum **licet** annos — Vixerit, . . ." (ubi „centum licet" **post caesuram hephthemimerem** cadit). — **Catullus** saepius „licet" propria notione cum adiecto infinitivo usurpavit, semel particulam „licet" in 55. 21: „Vel si vis, licet obseres palatum", — **post caesuram** conlocavit. — **Propertius** plerumque

[1]) conf. Leipold l. c. p. 25: „Ersetzung des conc. „quamvis" durch „licet" und Schmalz „Neue Jahrb. f. Phil. u. Paedog." 1891. S. 217: „licet tritt im Spätlatein mehr in den Vordergrund". Illud „licet", quod grammatici particulam nominant, ex constructione impersonali verbi „licet" cum coniunctivo originem ducere adparet.

hanc copulam **in initio** versuum posuit et quidem antecedente monosyllabo **pronomine**, in II. 20. 9. 22. 19. 26. 44: „Me **licet** (adstringant, . . sequantur. . . ferat"). IV. 12. 5: „Te **licet** orantem . . . . audiat . .", I. 14. 12: „Tu **licet** . . . bibas . .", III. 22. 7: „Tu **licet** adspicias . .". II. 34. 72: „Huic **licet** . . ipse canat", vel **monosyllaba copula** in IV. 1. 148: „Vel **licet** . . . eas". I. 16. 29: „Sit **licet** et saxo patientior . .", 30: „Sit **licet** et ferro durior . .", vel **disyllabo** pronomine atque altero vocabulo tono ecferendo in III. 18. 25: „Ille **licet** ferro . . se condat . .", I. 8. 29: „Falsa **licet** cupidus deponat gaudia . .", II. 22. 23: „Percontere **licet**; . . .". semel **post caesuram trithemimerem** in II. 30. 13: „Ista senes **licet**[1]) adcusent convivia duri", semel **post caesuram hephthemimerem** in III. 16. 13: „. . . . Scythicis **licet** ambulet oris", semel **post bucolicam caesuram** pronomini „tu" adiunctum in II. 30. 1: „Quo fugis ah demens? nulla est fuga. **Tu licet** usque". bis **ad finem** versus transtulit. in II. 26. 42: „Incendat navem Iuppiter ipse **licet**", III. 8. 36: „ . . .: nunc sis iure superba **licet**". — **Horatius** raro hanc particulam[2]) usurpavit eamque **in initio** versuum posuit in Epod. 4. 5: „**Licet** superbus ambules . .", antecedente copula in C. III. 27. 13: „Sis **licet** infelix . .". Sat. I. 2. 81: „Sit **licet**, . .", **post primam caesuram** in C. III. 24. 3: „Caementis **licet** occupes", **post caesuram penthemimerem** in Epist. I. 17. 59: „Fracto crure planum, **licet** illi plurima manet — Lacrima . .", **post caesuram trochaicam** in A. P. 459: „In puteum foveamve; **licet** succurrite longum — Clamet . .". — Quater **Vergilius** particula[2]) „licet" usus est eamque **in initio** versus in A. XI. 438 ets: „Ibo animis contra, vel magnum praestet Achillem — Factaque Volcani manibus paria induat arma — Ille **licet**[3]) . . . .", semel **post caesuram penthemimerem** in A. VI. 400: „Nec vim tela ferunt. **Licet** ingens ianitor . . . terreat . . .", bis **post caesuram trithemimerem** in E. 9. 64: „Cantantes **licet**[4]) usque . . . eamus", A. XI. 348: „Dicam equidem, **licet** arma mihi mortemque minetur". — **Ovidius** denique quinquagies quater particulam „**licet**" adhibuit eamque saepissime **in initio** versuum antecedente vocula ecferenda posuit conl. Fast. III. 825: „Et licet . . sit . .", H. 4. 146, A. a. 1. 413, III. 399: „Tu licet . . (. . conspiciare . .. incipias . . .. et Tamyran superes . .), M. XIII.

---

[1]) „licet" 3. enuntiati locum obtinet.

[2]) Saepius verbum „licet" cum infinitivo adiuncto adhibuit.

[3]) Respicias „licet" ad finem longioris enuntiati positum, ita ut 12. eius locum obtinere dicas.

[4]) „licet" 2. enuntiati locum obtinet.

63: „Qui **licet** . . vincat", A. a. III. 617: „Tot **licet** observent . .", M. XIII. 328, H. 3. 133, A. a. II. 109: „Sis **licet** (infestus . ., immitis . ., . . . adamatus"), A. II. 17. 3: „Sim **licet** infamis . .", M. XIII. 18: „Sit **licet** ingens . .". H. 5. 131 = A. a. I. 673: „Vim **licet** adpelles . .", A. II. 16. 3: „Sol **licet** admoto . . . findat", — H. 8. 43: „Ille **licet** . . superbiat . . ", A. a. I. 664: „Illa **licet** non det . .", II. 410: „Illa **licet** pateant . .. tu tamen . .", II. 279: „Ipse **licet** venias . .", III. 90: „Mille **licet** sumant . .", H. 20. 9: „Verba **licet** repetas . .", F. III. 837: „Parva **licet** videas . .", A. III. 4. 31: „Indignere **licet**; . . ., quibus versibus etiam adnumero versus pentametros, ubi eodem modo „licet" **in initio** alterius partis versus ponitur. H. 20. 36: „Teque petam, caveas tu **licet** ipsa peti".[1]) A. III. 2. 76: „In nostros abdas te **licet**[2]) usque sinus", A. a. II. 266: „Illa tibi in Sacra sint **licet**[3]) emta Via", III. 106: „Id aliae similis sit **licet** illa deae", **post caesuram trithemimerem** in M. VIII. 394: „Ipsa suis **licet**[4]) . . . protegat armis — Invita tamen . .", A. I. 2. 45: „Non possunt, **licet** ipse velis, cessare sagittae", **post caesuram hephthemimerem** in M. XIV. 322: „Forma viro, quem cernis, erat. **Licet** ipse decorem — Adspicias . .", A. III. 4. 7: „Nec mentem servare potes, **licet** omnia claudas". M. f. 29: „ . . . comas. **Licet** arduus illas — Celet Athos . . . .", M. XIV. 171: „Esse satis potero, praestem **licet**[5]) omnia. . .", IV. 370: „Sicut inhaerebat, pugnes **licet**[5]) inprobe, dixit". XV. 808: „Nata movere paras? Intres **licet**[5]) ipsa sororum", H. 20. 201: „Et cur ignorant? Matri **licet**[5]) omnia narres", ex P. I. 5. 27: „Tempus ad hoc nobis, repetas **licet**[5]) omnia[6]) nullum", A. III. 8. 61: „At nunc, exaequet tetricas **licet**[4]) illa Sabinas", M. f. 97: „Tempore sis parvo molles **licet**[7]) inlita vultus", **post caesuram** κατὰ τρίτον τροχαῖον in F.

---

[1]) Altera scriptura est: „Teque, peti caveas tu licet, ipse petam", tertia traditio: „Teque, peti caveas tu licet, usque petam". Recte hic corrector vidit, „ipse" omnino superfluum esse et Ovidiano more „usque" (conf. supra citatum A. III. 2. 76, H. 1. 83 etc.) scripsit. Sed meo quidem iudicio „ipsa" restituendum est, respicias enim, totiens ab Ovidio copulae „licet" pronomen aliquod adiunctum esse atque concedas „ipsa" etiam sententiarum conexu postulari: „petam, etiamsi tu ipsa fugias". Equidem cuiusdam eurythmiae causa scripturam: „Teque, peti caveas tu licet ipsa, petam" genuinam censeo.

[2]) „licet" **5.** enuntiati locum obtinet.

[3]) „ **6.** „ „ „

[4]) „licet" **3.** enuntiati locum obtinet, gravioribus voculis postpositum.

[5]) „ 2. „ „ „ „ „ „

[6]) Respicias, hanc conlocationem „licet omnia" in 4. et 5. versuum pede iteratam et Ovidio tritam.

[7]) licet **5.** enuntiati locum obtinet.

IV. 409: „Farra deae micaeque **licet** [1]) salientis honorem — Detis . .". A. a. II. 269: „Quin etiam turdoque **licet** [1]) missaque columba — Te . . . testificere . .". **post caesuram penthemimerem** in M. XIII. 329: „Dure Philoctete, **licet** execrere . .". A. a. I. 379: „Casus in eventu est: **licet** hic indulgeat ausis". H. 20. 81: „Ipsa meos scindas **licet** . . capillos". Nonnumquam „**licet**" propter alteram antecedentem vel sequentem copulam vel ut vocabula premenda ecferrentur, ita positum est, ut altera copulae pars **in caesuram penthemimerem** cadat. [2]) conf. M. XV. 62: „Sponte erat. **Isque, licet** caeli regione remotus". III. 405: „Sic amet ipse **licet, sic** non . .". H. 3. 81: „Vel patiare **licet: dum** . .", M. II. 429: „Audiat **ipse licet**, . . .". XIV. 491: „Audiat ipsa **licet, et** . . oderit . .". A. II. 2. 57: „Viderit **ipse licet**, credet tamen . .", H. 14. 9: „Me pater igne **licet, quem** non . .. urat". 1. 83: „**Increpet** usque **licet**, tua sum . .", A. a. I. 586: „Tuta **frequensque licet** sit via; . .". M. XII. 199: „Sint tua vota **licet**, dixit, secura repulsae". Semel denique **Ovidius** „licet" **ad finem** versus posuit, in Fast. III. 824: „Pallade, sit Tychio doctior ille **licet**, — Et licet . . . — Sit [3]) prior . .".

Particulam „**etsi**", quam semel **Tibullus** in I. 9. 3: „Ah miser, **etsi** quis primo periuria celat, — Sera tamen . . ." **post primam diairesim** conlocatam, semel **Lygdamus** in 6. 47: „**Etsi** perque suos fallax iuravit ocellos" **in initio** positam adhibuit, **panegyrista usquam** usurpavit, quam rem momenti esse censeo, **quia haec particula tam raro a poetis adhibetur**. — Sic etiam in **Horatii** carminibus „**etsi**" **non** legitur. — **Vergilius** bis hanc copulam alteri postposuit, in A. II. 583: „Non ita. **Namque, etsi** nullum . . . est, ... tamen . .". IX. 44: „**Ergo etsi** . . . monstrat, . . . tamen . .". In tot **Ovidii** versibus bis tantum haec particula **in initio** versuum exstat, conf. M. II. 322: „**Etsi** non cecidit, potuit cecidisse videri", A. a. III. 753: „**Etsi** turpis eris, formosa videbere . .". — Bis etiam **Propertius** hac copula usus est **in initio** versuum, conf. II. 2. 16: „**Etsi** Cumaeae saecula vatis [4]) aget". 19. 1.: „**Etsi** me invito discedis . .". **Catullus** semel „**etsi**" **in initio** versus posuit, 65. 1: „**Etsi** me adsiduo . . revocat . .", semel **post pri-**

[1]) licet 4. enuntiati locum obtinet.

[2]) Optime conferas ad conlocationem copulae „licet" ea, quae de positione copulae „tamen" V. p. 19 ets. disputavi.

[3]) Liceat adnotare „licet" etiam apud poetas semper cum coniunctivi modi temporis praesentis vel perfecti formis coniunctum esse.

[4]) conf. Ovidii: M. XIV. 144 ets. ubi virgo Cumaea de se ipsa dicit: „. . Nam iam mihi saecula septem — Acta vides, superest, numeros ut pulveris aequem", panegyrista autem (conf. v. 50 ets. 111 ets.) solum Nestorem commemorat.

mam **diairesim**, 68. 135: „Quae tamen, **etsi**⁀uno non est contenta Catullo", semel **post caesuram penthemimerem**, altera copula praecedente, 72. 5: „Nunc te cognovi; **quare**⁀**etsi**⁀inpensius uror — Multo mi tamen es vilior . . .".

Copula **„etiamsi"** a poetis aliena est. —

Quia vidimus, in particulis concessivis, quas tractavi, nonnumquam etiam conditionalem vim inesse, iam de **particulis conditionalibus** agam.

Panegyrista solam particulam **„si"**, **nusquam „ni"**, qua copula **Tibullus** in I. 8. 77 **post caesuram penthemimerem**: „At te poena manet. Ni desinis esse superba — Quam cupies . ." **ad finem versus** posita in I. 4. 63: „Carmine purpurea est Nisi coma; carmina ni sint — . . non nituisset . ." usus est, **nusquam „nisi"**, quam copulam **Tibullus** in I. 9. 39 **post caesuram trithemimerem** adhibuit: „Quid faciam, nisi et ipse fores in amore . .", usurpavit. **Panegyrici** enim carminis v. 177 ets: „Non ego sum satis ad tantae praeconia laudis, — Ipse mihi **non si** praescribat carmina Phoebus. — Est tibi, qui possit magnis se accingere rebus, — Valgius . . ." interpretandos esse: „Non ego sum satis, **non, si** ipse Phoebus carmina praescribat . ." meo quidem iudicio ex sententia sequenti: „Est tibi, qui possit" luculenter adparet, ita ut **„non si"** contorte pro **„nisi"**[1]) positum esse negaverim atque reicerim Eberzii[2]) interpretationem: **„falls nicht** Phoebus selbst mir vorschreibt . .". Sententiam enim nimis exaggeratam et servilem **„selbst nicht,** wenn Phoebus mir vorschreibt . .", quam his versibus inesse statuo, panegyrista indignam non esse docent ea, quae de panegyristae moribus[3]) adnotavi. **Panegyristam** igitur ex metrica causa **„non si"** postposuisse censeo et idem exprimere voluisse, quod sane melius fecit **Tibullus** in I. 9. 31 ets: „Tunc mihi iurabas nullius divitis auri — Pondere, non gemmis vendere velle fidem, — **Non, tibi si** pretium Campania terra daretur, — **Non, tibi si** Bacchi cura Falernus ager", I. 2. 56: „Non sibi, si . . viderit ipse toro", et **Vergilius** in Georg. II. 42 ets. = A. VI. 625 ets: „Non ego cuncta meis amplecti versibus opto, — **Non, mihi si**[4]) linguae centum sint, oraque centum, — Ferrea

---

[1]) Si hoc voluisset poeta, scribere potuisset: „Si non ipse mihi praescribat carmina Phoebus" conl. Tibulli I. 8. 22: „ . . si non sonent", II. 4. 15: „Ite . . ., si non prodestis . . ."

[2]) l. c. p. 125.

[3]) I. p. 10. et 11.

[4]) Haec conlocatio in pan. versu: „Non, mihi si⁀ipse praescribat carmina Phoebus" ferri non potuit.

vox. . . .", et **Catullus** 70. 1 ets: „**Nulli** se dicit mulier mea nubere malle — Quam mihi, **non, si se Iupiter ipse petat**".

Tibullus particulam „**si**" saepissime **in initio** versuum posuit. I. 1. 43 ets: „. . ., requiescere lecto — Si[1]) licet . . .", 4. 51: „Si volet arma . . .", 6. 73: „. . .. venerit iste — Si[1]) furor . .". II. 6. 16: „Si licet; . .", IV. 4. 22: „Si quando fuerit . . .", 5. 6: „Si tibi . . adest", 16: „Si modo . . calet"; I. 2. 37: „Si quis . . adspexerit, occulat . .", 6. 56: „Si tamen admittas, sit . .". II. 4. 59: „Si modo me . . videat . .", antecedente **monosyllaba altera particula** vel **pronomine** in I. 3. 53: „Quod si . . . explevimus . .", 4. 27: „At si . . eris . .", 45: „Vel si . . volet ire . .", II. 3. 77: „Nunc si clausa mea est, si . .", 6. 7: „Quod si . . parces . .", IV. 5. 11: „Quod si forte . . suspirat . ."; I. 6. 71: „Et, si quid peccasse puter . .", **post primam diairesin** in I. 2. 11: „Et mala si[1]) qua . . . dixit . .". 56: „Non sibi, si . . viderit . .", 83: „Non ego, si merui, . . .", 9. 1: „Quid mihi, si fueras . . ."; I. 6. 23: „At mihi si[1]) cedas . . .", 10. 33: „Non, tibi si[2]) . . daretur.". 34: „Non, tibi si[2]) . .", **post caesuram trithemimerem** in I. 9. 3: „Ah miser, et si quis . . . celat"; 8. 22: „Et faceret, si non aera repulsa sonent", II. 4. 33: „Sed pretium si[1]) grande feras . .", **post caesuram penthemimerem** in II. 3. 77: „Nunc si clausa mea est, si copia rara videndi". I. 9. 19: „Divitiis captus si[1]) quis violavit amorem", II. 4. 15: „Ite procul Musae, si non prodestis amanti", addas versus pentametros II. 3. 50: „Iam veniant praedae, si Venus optet opes", 4. 20: „Ite procul Musae, si nihil . . valent", IV. 2. 2: „Spectatum e caelo, si sapis, ipse veni", ubi „si" alteram versus partem incipit, **post caesuram hephthemimerem** in I. 4. 15: „. . .. primo si[2]) forte negabit", 6. 33: „. . . .? tua si[2]) bona nescis", 8. 61: „. . ., miserum si spernit[2]) amantem", IV. 3. 15: „. . . ., si, lux mea, tecum — Arguar . .": I. 4. 49: „Nec, velit insidiis altas si[3]) claudere valles", 5. 19: „. . . ., si salva fuisses", II. 4. 53: „Quin etiam sedes iubeat si[4]) vendere avitas". — **Lygdamus** „**si**" copulam **in initio** versuum posuit in 4. 15: „Si mea . . mens est . .", **antecedente altera particula** in 3. 27: „At, si . . . voventur", 35: „Aut, si . . . negant . .". 4. 77: „Quod si . . canunt . .", 6. 11: „Aut si quis . . recusat", **post primam diairesin** in 3. 12: „Arvaque si[2]) findant . .", 6. 59: „Non ego, si fugiat . .", **post cae-**

---

[1]) „Si" 3. enuntiati locum obtinet.
[2]) „ 2. „ „ „
[3]) „ 4. „ „ „
[4]) „ 5. „ „ „

suram penthemimerem in 1. 19: „. . . . si nostri mutua cura est". **post caesuram hephthemimerem** in 4. 73: „. . . . si ferre recusas". **ad finem** versuum in 6. 25: . . . . . . si qua est". Semel „si" **post diairesin** alterius versus partis conlocatur. 4. 62: „A pereat, didicit ‖ fallere si[1]) qua virum". — **Panegyrista** particulam „si" **in initio** versuum **praecedente altera copula vel pronomine** adhibuit in v. 74: „Vel si . . . consurgeret . ." v. 75: „Vel si . . . nudaret . .", 111: „Quem si quis videat . . .". **post primam diairesin** in v. 201: „Quod tibi si . . . . sit notus . . .", **post caesuram trithemimerem** nusquam. **post caesuram penthemimerem** in v. 43: „**Qualis** inaequatum **si quando** onus urget utrimque — Instabilis natat . .", v. 198: „Sit tibi, quanta libet, si sit modo, . . .", **post caesuram hephthemimerem** in v. 197: „. . . . Nostri si parvola cura — Sit tibi . . .", v. 3: „Incipiam tamen. A meritis[2]) si carmina laudes. — Deficiant . . .". Respicias denique in v. 178: „Ipse mihi non si praescribat . . .". de quo iam disputavi, copulam „si" insolito more ita positam esse, ut incidat **in caesuram penthemimerem**. — Iam moneo, **panegyristam** enuntiationem conditionalem, quam dicunt grammatici **realem**, **semel** posuisse et quidem in illa comparatione (v. 43 ets) atque etiam hac ex re a **Tibullo**, qui vivida phantasia ductus omnia quasi praesentia describit atque hanc ob rem etiam hypotheticis sententiis plerumque indicativi modi formas iniunxit, differre. **Panegyristam** enim vilem adulatorem hypotheticas sententias, quas dicimus **potentiales** cumulasse videmus (conf. versus citatos). Atque **utrumque** genus tantum coniunxit ad exaggerandam illam adulationem conl. v. 177 ets: „Non ego **sum** satis ad tantae praeconia laudis — Ipse mihi non si praescribat carmina Phoebus" et v. 201 ets: „Quod tibi si versus . . . sit notus . . . Nulla mihi **statuent** finem te fata canendi".

Catullus copulam „si" quadragies **in initio** versuum posuit in 13. 3. 16. 8. 14, 17. 24. 30. 11, 36. 17. 39. 10, 42. 23, 48. 2, 54. 4, 55. 18. 64. 158, 66. 35, 68. 86, 71. 1, 74. 2. 76. 1, 79. 4, 89. 4, 96. 5, 100. 1, 105. 1, 106. 1: „Si . . adtuleris . .. sunt[3]) . ., . . eritis, potest . .. . . es, non . . est, . . essem . ., . . potestis. . . sinat, non omnia, . ., . . tenes, . . fuerant, . . retulisset . . ., . . isset, . . obstitit, . . diceret . ., . . est, . . repererit, . . est, . . vis, . . est, . . obtigit, . . intereat", **antecedente monosyllaba copula altera vel pronomine** in 13. 6, 14. 8,

[1]) „Si" 3. enuntiati locum obtinet.

[2]) Altera scriptura est: Ac meritas si carmina laudes — Deficiant, humilis tantis sim conditor actis".

[3]) Ad unumquodque verbum subpleas „si".

17. 15. 3. 14, 22. 13, 23. 13. 32. 4, 42. 14. 16, 48. 5, 55. 21, 24. 62. 54. 66. 73, 71. 2, 101. 3: „Haec si . . . adtuleris . ., Quod si . . dat, Nam si . . luxerit, Ut si . . cupisti, Quod si . . inpulerit, Aut si . . videbatur, Aut si . . est, Quod si iusseris . ., Aut si . . potest, Quod si . . potest. **Non, si**[1]) . . . sit . ., Vel si vis . ., **Non,**[2]) **si** . . ferar . ., At si . . est, **Non,**[2]) **si** . . . discerpant, Aut si . . secat, Aut si . . . delectant", **undecies post primam diairesin** in 13. 2, 21. 9, 23. 22. 35. 7, 11, 36. 4, 51. 2, 62. 37, 64. 228, 76. 17, 82. 1, 96. 1: „Paucis, si tibi . . favent, Atqui si id faceres, Quod tu si . . teras . ., Quare si sapiet . ., Quae nunc, si mihi . . nunciantur, Vovit, si sibi . . essem, Ille, si fas est . ., Quid tum, si carpunt . ., Quod tibi si . . adnuat . ., O dii, si vestrum est . ., Quincti, si tibi vis . ., In te si quidquam . . potest", **quinquies post caesuram semiternariam** in 82. 2, 55. 1, 23, 25, 70. 1 ets: „Aut aliud, si quid carius est . ., Oramus si forte non molestum est, **Non,** custos si[2]) fingar ille Cretum. **Non,** Ladas si[2]) ego . . . **Nulli** se dicit mulier mea nubere malle — Quam mihi, **non, si** se **Iupiter ipse petat**" (quem versum optime cum paneg. v. 178. conferas), **post caesuram semiquinariam quinquies,** in 68. 31, 147. 76. 19, 83. 3. 96. 3: „Ignosces igitur, si quae . . ademit. Quare illud satis est, si nobis . . datur . ., Me miserum adspicite et si . . egi, Muli, nihil sentis, si nostri . . taceret. Ista cum lingua, si . . veniat tibi, possis", **post caesuram graviorem** in 42. 5, 44. 18: „Pugillaria, si pati potestis, Nec deprecor iam, si nefaria scripta — Sexti recepso . .", **post bucolicam caesuram** in 75. 7: „ . . queam tibi, si optima fias", 76. 17: „O dii, si vestrum est misereri, aut si quibus unquam — . . tulistis . .", **post diairesin alterius** pentametri versus **partis** in 68. 40, 75. 8: „ . . . copia si qua foret. . . . omnia si facias". **Bis** cadit „si" propter alteram antecedentem particulam **in caesuram semiquinariam** in 66. 41: „Digna ferat, quod si quis inaniter adiuravit", 102. 3: „Non potui, nec si possem . .", **in caesuram semiseptenariam** in 17. 20: „ . . ., quam si nulla sit usquam". Adparet, Catullum **indicativi** modi formas copulae „si" adiunxisse. — **Propertius** etiam **saepissime (septuagies septies)** copulam **„si" in initio versuum** posuit atque cum **indicativi** modi formis exstruxit, conf. I, 18. 4, II. 27. 15, 30. 12. IV. 1. 49: „**Si modo** . . (queant . ., . . revocaverit . ., . . viderit . ., . . dixit . .), I. 17. 27: „**Si quando** . . ad-

---

[1]) Conf. ad paneg. v. 178 hos versus: „Nec unquam saturum inde cor futurum est — Non, si densior aridis aristis sit nostrae seges . .".

[2]) conf. pan. v. 178.

nunc ales, **modo** bos, **modo** cervus abibat", IX. 37: „Et **modo** cervicem, **modo** crura . .", 765 et 66: „. . Telethusa timens **modo**[1]) tempora differt, — Nunc . .", X. 187 et 88: „Et **modo** te refovet, **modo** . .", 259: „Et **modo** blanditias adhibet, **modo** . .", 371: „Et **modo** desperat, **modo** vult . . pudetque — Et cupit, et . .", 416: „Et **modo** blanditur, **modo** . .", XI. 499 ets: „Et **modo** . . . — Concolor est illis, Stygia || **modo**[2]) nigrior . .", XII. 410 ets: „Ut **modo** rore maris, **modo** . . — Inplicet, interdum . .", XIV. 629 ets: „Qua **modo** . . . — Brachia conpescit, fissa **modo** . .", XV. 275: „Sic **modo** conbibitur, **modo** . .", Trist. I. 3. 95: „Se **modo**, desertos **modo**[2]) deplorasse . .", II. 269: „Eripit **interdum**, **modo** dat . .", V. 8. 17: „Sed **modo** laeta manet, vultus **modo**[2]) . .", ex P. II. 10. 41: „Et **modo** res egisse simul, **modo** . .", IV. 8. 73: „Nam **modo** bella geris, numeris **modo** . .", Fast. I. 129 ets: „Nomina ridebis; **modo** namque . . — Et **modo** . .", IV. 235: „Et **modo**, tolle faces, remóve, **modo** . . clamat", 483: „**Perque vices modo**, Persephone, **modo**, filia, clamat", (conf. **paneg.** v. 93: „**Inque vicem modo** . . ."), VI. 705: „Et **modo** dimittit digitis, **modo** concipit auras". — **Substantivi** formam „**modō**" **Ovidius** saepissime **in fine** versuum in similibus formulis posuit et quidem plerumque versibus **pentametris** adnexuit, Trist. II. 476. III. 3. 8, Fast. V. 630, VI. 118, A. a. II. 460: „. . . quo || . . . modo, . . . quo || . . modo, . . . Leucadio || . . . modo, . . nullo || . . . modo, . . . hoc uno || . . . modo", H. 3. 78, 16. 14, 18. 44, A. a. III. 28, A. III. 4. 14, Trist. V. 1. 8: „. . . || quo . . . modo, . . . || quoque posse modo, . . . || quo . . . modo, . . . || quo . . modo, . . fulminis ire modo, . . . || quolibet esse modo", A. II. 17. 22, A. a. III. 292: „. . . || cum breviore modo, Quoque . . || tempore, quoque modo", ex P. I. 5. 48, Ibis 56, 532, H. 17. 226. R. a. 724, M. f. 2, 52: „Quo ponam . . . modo, Hoc ego . . . modo, Eupolis hoc . . . modo, Nescio quo . . . modo, Carperis? Hoc . . . modo, Et quo . . modo, Candida quo . . . modo", quinquies in hexametris **ante caes. penth.** conlocavit, M. III. 63, XIII. 214 ets. ex P. I. 6. 23 Ibis 621, 635: „Loricaeque **modo** . . ., . . . doceo, quo simus alendi — Armandique modo . . ., Qualicunque modo . . ., Naupliadaeve modo . ., Cliniadaeve modo . .", quater **ante caes. trith.** M. I. 359 ets: „. . . quo sola timorem — Ferre modo posses . .". et in pentametris ex P. IV. 9. 88, Fast. I. 368, IV. 712: „Quoque modo . . .". In M. I. 628: „Constiterat quocunque modo, spectabat ad Io" semel „**modo**" ante

[1]) „modo" 3. enuntiati locum obtinet.
[2]) „ 2. „ „ „

caes. hephth. cadit, si genuina est traditio. Equidem alteram scripturam: „Constiterat quocumque **loco** . . .“ probo, quia video, Ovidium „loco“ saepius eadem ratione, qua „modo“, posuisse[1], nonnumquam autem etiam **ante caes. hephth.** conlocasse, M. VI. 7, XIII. 912, XIV. 433, XV. 305, 637, 638, Fast. V. 149 etc., eisdem denique „sistere, consistere, manere“ verbis „loco“ adiunxisse, M. I. 178: „Celsior ipse loco . .“, II. 241: „Nec sortita loco distantes . .“, VIII. 187: „**Constituitque loco** . .“, XI. 692: „. . . **stetit** . . ipso — Ecce **loco** . .“, XIII. 912: „**Constitit** hic et tuta **loco** . .“, XIV. 70: „Scylla **loco mansit** . .“, XV. 305: „Fama tamen signata **loco** est . .“, Fast. 708: „**Constiterant illic**, nomen Aphidna **loco**“ etc.

Quantum is, qui **panegyricum** carmen confecit, **easdem particulas** cumulare adamaverit **contra Tibulli morem**, iterum docet usus particularum „**sive**“ et „**seu**“, quae copula per apocopen ex „**sive**“ orta est. Idem **panegyristae** studium, omnia particulis dissecandi iam de particulis „**aut**“ „**vel**“ disserens adnotavi[2]). Respicias, **panegyristam** in suo carmine **saepius** „**seu** . . **seu**“, „**sive** . . **sive**“, „**seu** . . **sive**“ vel „**sive** . . **seu**“ adhibuisse quam **Tibullum** in omnibus suis elegiis, atque si recte docti viri **differentiam** scribendi rationis inter **Tibullum** et **Lygdamum**, cum ille constanter „**seu** . . **seu**“, hic modo „**seu** . . **seu**“ (1. 6.), modo „**sive** . . **sive**“ (1. 26, 3. 14, 4. 11), modo „**sive** . . **seu**“ (5. 32) adhibuerit, intercedere statuunt[3]), hoc iudicium etiam de **panegyrista** est ferendum atque iterum **panegyristam** propius ad usum scribendi accedere videmus aliorum poetarum, quippe qui has particulas promiscue usurpaverint. Atque si **Tibullus** „**seu** . . **seu**“ plerumque ad distichi membra conectenda (I. 1. 11 et 12, 2. 17 et 18, 10. 21 et 22,), rarius ad coniungendas breviores partes adhibuit (II. 4. 5: „Et seu quid merui, seu quid pecco . .“, 6. 3: „Et seu longa virum terrae via seu vaga ducent“), etiam **panegyristam** aliter fecisse statuo adferens v. 25 ets: „Seu tibi par poterunt, seu . . . ultra, — Sive minus . .“, v. 66: „Seu supra terras Phoebus, seu curreret infra“, v. 95: „. . . seu dextra

[1]) conf. H. 15. 98, 16. 362, A. I. 14. 54, III. 2. 2, 84, A. a. I. 234, II. 478, III. 36, 530, R. a. 128, 792, M. I. 178, 681, II. 31, 241, 338, V. 469, 489, VIII. 187, 368, 585, X. 90, XIII. 263, XIV. 70, 406, Trist. II. 524, III. 32, III. 2. 68, 80, 3. 38, 5. 18, 11. 36. 12. 13, 15. 13. 7, ex P. I. 1. 4, 2. 66. 3. 48, 78, II. 2. 98, 8. 64. 9, 80. III. 1. 24, IV. 4. 28. 10. 42, 13. 50, 15. 22, Fast. I. 274, 326, II. 207, 245. 423 III. 187. 840, IV. 507, V. 149, VI. 46, 782 et respicias easdem iteratas formulas: „quoque loco“ „quolibet loco“ „mutato loco“, „inviso loco“ „suo loco“ etc. et conlocationem frequentatam in versibus pentametris.

[2]) conf. IV. p. 60. ets.

[3]) Kleemann l. c. p. 35. Lierse l. c. p. 35.

velit seu laeva, tueri", v. 96: „Sive hac sive illac . .". Denique apud **Tibullum „seu . . seu"** semel tantum (I. 2. 25: „Parcite luminibus, seu vir, seu femina fiat", apud **panegyristam saepius** cum **coniunctivi** modi formis coniunctum esse adnoto[1]) (v. 45, 46, 66, 94, 95, 96, 101, 103, 208, 209).

Particulas igitur **„seu . . seu" Tibullus** ita conlocavit, ut haec copula novies **in initio** versuum (I. 1. 12, 2. 18, 10. 22, II. 4. 43, IV. 2. 9, 10, 3. 2.), antecedente „et" (II. 4. 5, 6. 3), bis **post primam diairesin** (IV. 2. 11 et 12.), bis **post caes. trith.** (I. 1. 11, 2. 17), quater **post caes. penth.** (I. 2. 33, 10. 21, II. 4. 5, IV. 3. 1), bis **post caes. hephth.** (I. 2. 33, 6. 21), semel **post caes. bucolicam** (II. 6. 3) adpareret. In I. 6. 21: „Exibit quam saepe, time, **seu** visere dicet — Sacra bonae maribus non adeunda deae" copula non duplicatur et docti viri versus 17—39 vario modo transposuerunt[2]) et post v. 22. lacunam statuunt. Si suspicari licet, illud „quam" post „exibit" mutaverim in **„seu"** et responsio est: „Exibit **seu** saepe, time, **seu** visere dicet" et lacuna non statuta v. 23: „ . . . illam sequar unus ad aras" adiungo. In II. 4. 43: **„Seu** veniet tibi mors . .", **„seu"** aut pro „etsi" positum esse concedo aut ad v. 40: „Eripiant partas ventus et ignis opes" sententiam **„seu** vivis" subplendam esse censeo. — **Lygdamus** in 1. 6: **„Seu** mea, **seu** fallor, cara Neaera tamen" **„seu . . seu" in initio** et **post prim. diair.** usus est, in 1. 26: **„Sive** sibi coniunx ‖ **sive** futura soror" 3. 14: „Taenare ‖ **sive** tuis, ‖ **sive** Caryste tuis", 4. 11: „ . . ., ‖ **sive** illi vera moneri, — Mendaci somno ‖ credere | **sive** volent" **„sive . . sive" in initio** vel **post caesuras** adhibuit, in 5. 32: **„Sive** erimus, ‖ **seu** nos fata fuisse velint" **„sive" in initio** et **„seu" post caes. trith.** posuit. — **Panegyrista „seu . . seu" in initio** versuum adhibuit, v. 101: **„Seu** sit . .", 103: **„Seu** libeat . . .", v. 159: **„Seu** . . . fertur . .", 160: **„Seu** . . properat . .", v. 66: **„Seu**[3]) sŭpra terras Phoebus ‖ **seu** curreret infra", v. 45 ets: „Nam **seu**[4]) . . fremat . . . — Non alius sedare queat, | **seu** iudicis ira — Sit placanda . .", (ubi alterum „seu" **post caes. hephth.** adparet), vel **„seu . . sive"** iterat atque in initio vel post caesuras conlocat, v. 25 ets: **„Seu** par poterunt, ‖ **seu** . . . ultra, — **Sive** minus . . .", 94 ets: **„Seu** libeat . . — Quis parma, ‖ **seu** dextra velit ‖ **seu** laeva, tueri — **Sive** hac | **sive** illac veniat . . .", 205—209: **„Seu** . . .

[1]) Indicativi formam v. 25, 79, 159, 205, 207 soli exhibent.

[2]) L. Muellerus ita posuit: 17—20; 25—32; 21, 22, 23, 24, 33—39, Baehrensius: 21, 22, 17—20; 25—37; 23, 24, 39 atque uterque post versum 22. lacunam statuit.

[3]) Altera scriptura: Sive sŭprā . ." etiam ferri posset.

[4]) „seu" alteri copulae postponitur.

properat . ., Longa manet || seu[1]) vita, tamen, mutata figura — **Seu**[1]) me finget . . — Doctum, | seu . . . sim . . — **Sive** ego . . vehar . . .", 79 ets: „Atque haec | **seu** nostras . . sunt . . — Fabula | **sive**[2]) . . dedit . .". — **Catullus** etiam simili dissecandi more gaudet et „**seu** . . **seu**" **in initio** versuum vel **post caesuras** conlocavit in 13. 10: „**Seu** quid suavius elegantiusve[3]) est", 39. 2 ets: „Renidet usquequaque. || **seu** . . est — Renidet ille. || **seu** . . . — Lugetur . .", 44. 1: „O Funde noster. || **seu** Sabine, || **seu** Tiburs (es". 82. 4: „Est oculis, **seu** quid carius est . .". vel „**sive**" eadem ratione iterat et conlocat. 4. 4 ets: „Nequisse praeterire: | **sive** palmulis — Opus foret volare, || **sive** linteo", 19 ets: „Herum tulisse, laeva. || **sive** dextra — Vocaret aura. **sive** . . . incidisset . .", 11. 2: „**Sive** in . . . penetrabit Indos — 5. **Sive** in Hircanos . . — 6. **Sive** Sacas . . — 7 **Sive** qua . . . — 9. **Sive** trans . . . gradietur . .". 76. 16: „Hoc facies, || **sive** id non pote. || **sive** pote (= potis est)", vel „**seu** . . **sive**" adhibet, 44. 5: „Sed **seu**[4]) Sabine, **sive** verius Tiburs", 67. 25 ets: „**Sive** quod . . . flagrabat . . — **Seu** quod . . erat . .". Si L. Muellerum sequeris, etiam 11. 2—9 supra citati adnumerandi sunt, quia ille editor in v. 6: „**Seu** Sacas . . ." scribit. — **Propertius** etiam „**seu** . . **seu**" quindecies **in initio**, quater **post caes. hephth.**, ter **post caes. penth.**, semel **post caes. trith.**, semel **post i. diairesin** et **ad finem** conlocavit. conf. IV. 11. 85, 91: „**Seu** . . mutarit . . . — **Seu** . . manserit . .", II. 26. 29: „**Seu** . . cogitet . .", IV. 5. 25: „**Seu** quae . . mittunt . .", 2. 11: „**Seu** quia . . praecepimus . .". III. 21. 8: „**Seu** venit . ."; II. 27. 5: „**Seu** pedibus Parthos sequitur || **seu** classe . .", III. 8. 13—16: „ . . . **seu** stipat euntem — **Seu** sequitur . ., — **Seu** . . terrent — **Seu** . . . movet", I. 11. 25: „**Seu** tristis veniam || **seu** contra laetus . .", 6. 31—33: „At tu, | **seu** . . qua tendit . . **seu** qua — . . . tingit . . — **Seu** pedibus terras | **seu** pontum . . . — Ibis . .", II. 32. 61: **Seu** si[5]) . . es"; etiam „**sive**" copulam duodecies **in initio** versuum, septies **post caes. penth.**, semel **post caes. trith.**, semel **post i. diairesin** hexametri et **i. diairesin** alterius hemistichii pentametri posuit. I. 20. 7—10: „Hanc tu, **sive** leges . . . — **Sive** Aniena . . tinxerit . . — **Sive** Gigantea spatiabere . . — **Sive** ubicunque . .", II. 3. 43: „**Sive** illam Hesperiis || **sive** . . ostendet . .", 21. 29: „**Sive** aegra pariter || **sive** . . sumus", 25. 10: „**Sive** ego Tithonus

---

[1]) „seu" 3. enuntiati locum obtinet.

[2]) „sive" 2. „ „ „

[3]) = „seu suavius seu elegantius . ."

[4]) „seu" alteri copulae postponitur.

[5]) Altera scriptura: „Quod si . ."

„sive ego Nestor ero[1])", 34. 82: „**Sive** . . rudis || **sive** peritus erit", 9. 36: „**Sive** ea causa gravis || **sive** ea causa levis", III. 8. 23 ets: „Aut . . volo aut audire dolentem, — **Sive** meas lacrimas || **sive** . .", 13. 46: „**Sive** petes calamo || praemia | **sive** cane", IV. 6. 81: „**Sive** aliquid . . parcet Eois"; „**seu** . . **sive**" denique ita adhibet, ut plerumque **primum** versuum locum teneant, semel **post caes. hephth.**, bis **post caes. penth.**, semel **post caes. trith.**, ter **post i. diairesin** semel **in fine** versus adpareant, II. 1. 5.: „**Sive** illam . . incedere . ." 7: **Seu** vidi . . ." 9: „**Sive** . . percussit . .", 11: „**Seu** cum . . . declinat . .", 13: „**Seu** . . luctatur . . .", 15: „**Seu** quidquid fecit || **sive** est . . locuta", 51: „**Seu** mihi sunt . . . 53: „**Seu** mihi Circao pereundum est gramine, **sive** — . . . urat . .", IV. 3. 59 ets: „**Sive** in . . gemuit . . — **Seu** voluit . . .", III. 21. 29—33: „Aut . . . capient . . — **Sive** ebore exactae || **seu** magis aere . . — . . . — **Seu** moriar . .", II. 22. 5 ets: **Sive** aliquis . . diducit . . — Brachia, | **seu** varios incinit . ., 9: „**Sive** . . . errant", I. 14. 9 ets: „Nam **sive** . . . trahit . . — **Seu** . . ducit . .", 8. 44: „**Sive** dies || **seu** nox venerit . .", III. 11. 71: „At tu, | **sive** petes portus, || **seu** navita linques". — **Horatius** „**seu** . . **seu**" in C. I. 1. 27 ets, II. 3. 5 ets, III. 4. 3 ets, 24. 56 ets, **in initio** versuum posuit, in C. I. 11. 4, II. 17. 17, III. 6. 30 ets, A. p. 426, unum „**seu**" **in initio**, alterum **post caesuram**, in C. I. 7. 19 ets, utrumque **post caesuras**, in C. III. 4. 22—24 bis **post caes.** semel **in initio** conlocavit atque, III. 24. 56 ets. exceptis, cum **indicativi** modi formis coniunxit. Particulam „**sive**" in (C. I. 2. 33, 35. 41, 22. 5, 6, 32. 7, III. 27. 61, Sat. I. 4. 124, II. 5. 11 **in initio** versuum, in C. I. 16. 3 ets, II. 14. 11 ets, I. 6. 19 partim **in initio** partim **post caesuras** cum **indicativi** modi formis exstructam adhibuit. Particulae denique „**seu** . . **sive**" in C. I. 4. 12, 12. 53, 55, 13. 9, 11, III. 21. 2, 3, 4, IV. 2. 10, 13, 17, Sat. II. 6. 25 plerumque **in initio** versuum, nonnumquam **post caesuras** adparent et, C. I. 4. 12 excepto, cum **indicativo** coniunguntur. Omnino raro Horatium his particulis in Epistulis et satiris usum esse statuo. — **Vergilius** „**seu** . . **seu**" in G. III. 49 ets, IV. 25, 33 ets, A. II. 62, 739, V. 69, VI. 881 ets, IX. 279, XI. 69, 327, 661, XII. 685 ets, 935 ita posuit, ut novies **in initio** versuum, quater **post caes. penth.**, ter **post caes. hephth.**, quater **post caes. trith.**, semel **post primam diairesin** copula „**seu**" conlocetur et, A. VI. 881 et 882 exceptis, ubicunque cum **indicativi** formis exstruxit. Copulam „**sive**" in E. 5. 5. ets, G. III. 211, A. XI. 443 ets, 778 ets. XII. 892 ita adhibuit, ut ter **in initio** versuum, quater **post caes. trith.**,

[1]) panegyrista v. 50 ets. 111. ets. solam Nestoris aetatem novit.

bis **post caes. penth.** adpareat et semper cum **indicativo** coniunxit, nam in A. XI. 778 ets: „ . . . **sive** ut templis praefigeret arma — Troia, captivo **sive**[1]) ut se ferret in auro" coniunctivi formam „ut" expostulat. Copulas „**seu** . . **sive**" vel „**sive** . . **seu**" in E. 8. 5 ets, 10. 37 ets, G. I. 86, 87, 89, A. I. 222 ets[2]), 573 ets, II. 34, III. 262[3]), IV. 240 ets, VII. 199, 235, 604 ets, IX. 680, X. 109 ets, XI. 528 ets, ita conlocavit, ut singulae particulae decies et septies **in initio**, quinquies **post caes. hephth.**, bis **post caes. penth.**, ter **post caes. trith.**, bis **post i. diairesim** locum teneant atque, E 10. 37 ets, A. XI. 528 exceptis, **indicativi** formas adiunxit. — **Ovidius** denique „**seu** . . **seu**" in A. II. 4. 41, 43, R. a. 378, Hal. 68, M. IV. 519, VIII. 25 ets, X. 603, 607, XIV. 26 ets, 123, Trist. I. 2. 87, 89, ex P. III. 3. 3 ets, IV. 15. 35, Fast. II. 81 ets, 677, III. 123, 124, 125, V. 557 ets, VI. 433, ets ita posuit, ut vicies **in initio**, novies **post caes. penth.**, ter **post caes. hephth.**, semel (F. II. 677) **in initio**, antecedente „et", adpareat, atque ubicunque, R. a. 358, excepto, ubi etiam dubitari potest de genuina coniunctivi forma, **indicativi** terminationes exstant. — Copulam „**sive**" vel plerumque „**sive** . . **sive**" in H. 1. 15, 17, 3. 153 ets, 10. 97, 13. 164, 15. 81, 83, 211, 217, A. II. 4. 11, 13, 17, 18, A. a. I. 309 ets, 405, 407, II. 59, 61, 297 ets, III. 334, R. a. 165 ets, M. I. 78, 80, III. 46 ets, 670 ets, IX. 711 ets, XI. 121 ets, XIV. 20 ets, XV. 342, 346, 350, Trist. I. 3. 89, 11. 3 ets, III. 10. 51 ets, 12. 39, IV. 10. 131, V. 3. 13, 4. 44, 7. 43, 45, ex P. I. 2. 55 ets, 3. 31, IV. 2. 31, 33, (Ibis 147, 148, 149, 151, 152, 153), Fast. I. 633 ets, II. 641, III. 153 ets, 405, V. 683, 685 ita usurpavit, ut haec copula in **54** locis **versum incipiat** (in H. 3. 153 praecedente pronomine „me", in A. a. II. 59 praeposita copula „nam"), undecies **post caes. penth.**, quater **post caes. trith.**[4]), ter **post i. diairesin**, semel **post caes. hephth.**[5]), ter (A. a. I. 405, M. IX. 711, Fast. I. 633) **post caes. bucolicam** ponatur et, uno tantum loco excepto (M. IX. 711), semper cum **indicativi** formis coniungatur. — Particulas „**seu** . . **sive**" vel „**seu** . . **sive** . . **sive**" . . etc. saepe **Ovidius** adhibuit, in H. 2. 123, 4. 79, 81, 83, 13. 103, A. II. 2. 53 ets, 7. 3, 5, 9, 10, A. a. I. 61, 63, 65, 491, II. 203, 205, 207, M. IV. 321 ets, V. 638, 640, VI. 19, 20, 22, 23, X. 80 ets, 397, 398, 399, XV. 324 ets, 572 ets, Trist. I. 6. 23, 25, 10. 7 ets, 12. 3, 5, 11, III. 5. 27, 8. 25 ets, V. 3. 13 ets, ex P. II. 10. 33 ets, IV. 1. 3, 5, 3. 19 ets, 8. 17, 19, Fast.

[1]) „sive" 2. enuntiati locum obtinet.
[2]) sine dubio „credunt" pro „credant" est restituendum.
[3]) „ „ „sunt" „ „sint" „ „
[4]) M. I. 78, III. 47, XI. 121, Fast. II. 641.
[5]) Trist. III. 12. 39: „ . . ., sive ille Latina".

II. 477, 479, 480, III. 621, 622, 773, 775, 777, IV. 171. 177, 693 ets, 719, 749, 751. 753, VI. 141. „sive . . seu" in H. 3. 123, 4. 79, 81, 83, 13. 103. A. II. 7. 3. 5. 9, 10, A. a. I. 487. 583, M. VI. 19, 20, 22, 23. XV. 156, Trist. I. 6. 23. 25. 10. 7, 9. III. 6. 17 ets, 8. 6, ex P. IV. 3. 19 ets, atque ita posuit, ut in **85** locis „seu" vel „**sive**" **versum incipiat**, quater decies **post caes. penth.**, sexies post **caes.** hephth., ter **post caes. trith.**, novies **post i. diairesim** adpareat. Atque iterum adnoto, A. a. I. 583. ex P. IV. 8. 17, M. 15. 156 exceptis, ubicunque **indicativi** formas his particulis adiunctas esse.

Ex particulis **conparativis** Tibullus particulam „**quam**" per apocopen ex „**quantum**" ortum bis tantum pro „ἤ" in I. 1. 51 ets: „ . . potius pereatque . . — **Quam** fleat . . ." **in initio** versus, et II. 3. 32: „Fabula sit mavolt ‖ **quam** sine amore deus" **in initio** alterius hemistichii pentametri adhibuit, nam IV. 7. 1 ets: „ . . . texisse . . — **Quam** nudasse . . magis" a Tibullo abiudicantur. Saepius autem hac copula pro „ὅσον" usus est eamque quater **in initio** versuum. semel **post** i. diairesim posuit, conf. I. 3. 35: „Quam bene . . vivebant . .". 10. 2: „Quam ferus . . fuit". 39: „Quam potius laudandus . . est . .", II. 4. 8: „Quam mallem . . esse". 1. 70: „Heu mihi, quam doctas nunc habet . .". — **Lygdamus** semel in 6. 53: „Quam vellem . . ." hac copula usus est. — **Panegyrista** semel hac conparativa copula utitur eamque **insolito more anteposuit** in v. 32: „**Quam** tibi maiores, maius decus ipse futuris". — **Catullus** „**quam**" = „quantum" in 24. 9, 31. 4, 63. 51, 64. 71, 87, 66. 82. 68. 79: „Haec tu | quam lubet abice, Quam te libenter, quamque laetum . .. Ego | quam miser . . .. Ah miseram adsiduis ‖ quam luctibus . . .. Regia, | quam suaves . .. Quam iucunda . .. Quam . . desideret . .. **in initio** vel **post caesuras** adhibuit, semel „**quam si**" in 17. 20: „Tantundem omnia sentiens. ‖ **quam si** nulla sit". saepius „**tam . . quam** . .", 2. 11. 3. 7. 7. 3. 7, 9, 10. 32, 66. 75 ita, ut „quam" semper **post caesuram** cadat, post conparativi formas denique in 58. 3. 64. 82. 150 ets, 73. 5 ets, 109. 4: „Plus, **quam** se . .. Proicere optavit potius ‖ **quam** . . . et potius . . . — **Quam** . .. . . nec acerbius . . — **Quam** . .. potius . . — **Quam** . .". 70. 2. ets: „Nulli . . . — **Quam** mihi . . .". 57. 7: „Non hic, **quam** ille, magis vorax". ubi etiam „quam" antepositum est conparativi formae, **in initio** vel **post caes.** positam. — **Propertius** „**quam**" (= quantum) septies **in initio** posuit, conf. I. 5. 26, 19. 21, II. 15. 3, 9. 23. 11, 26. 7, III. 20. 19: „**Quam** cito . .. . . vereor[1]) . .. multa . ., vario . .. care . ., timui

[1]) Subpleas ad unumquodque verbum „quam".

. .. multae . .". semel **post i. diairesin,** I. 17. 6: „Adspice, **quam** saevas . .". semel **post caes. penth.** in II. 34. 91: „Et modo formosa ‖ quam multa . .", semel **in initio** alterius hemistichii pentametri II. 34. 24: „Omnes iam norunt, **quam** sit . . bonum". atque **„quam"** conparativum quater decies **in initio** conlocavit, I. 17. 15 etc. II. 9. 33 etc. 49 etc. III. 19. 5 etc, I. 11. 9 etc. II. 28. 5 etc. I. 4. 25 etc. II. 5. 11 etc, 13. 37 etc, 18. 5 etc, I. 8. 33 etc, 9. 20 etc, II. 28. 5 etc. 18. 11 etc: „Nonne fuit levius . . . — Quam . .. Non sic . . . — Quam . ., Non . . magis . . — Quam . .. . . citius . . — Quam . ., . . mage . . — Quam . .. Sed non tam . . — Quam . .. Non ullo gravius . . — Quam . ., Non ita . . — Quam . ., Nec minus . . — Quam . .. Cui maiora . . — Quam . .. Illa . . maluit . . — Quam . ., Et magis . . — Quam . .. Sed non tam . . — Quam . .. Illum fovit . . — Quam prius . .[1]), semel **post caes. hephth.** in II. 21. 9: „Dispeream, si quidquam aliud **quam** gloria de te — Quaeritur . ." — **Horatius „quam"** (= quantum) quater **in initio,** C. I. 13. 8, II. 13. 21. Sat. I. 2. 20, 3. 67: „Quam lentis . . macerer . .. Quam paene . ., Quam sibi non sit amicus . . .. Quam temere . . .". bis **post caes. penth.,** Sat. II. 6. 97: „Vive memor, quam sis aevi brevis . .". Epist. I. 11. 7: „Scis, Lebedus quam sit . . desertior . ." conlocavit atque **conparativam copulam „quam"** plerumque **in initio,** C. I. 7. 11 ets, 36. 6 ets, III. 3. 49 ets. Sat. I. 10. 65 ets. Epod. 12. 5 ets: „Nec tam . . — **Quam** domus . . .. Nulli plura . . — **Quam** dulci Lamiae . .. . . sic melius . . — **Quam** . .. . . limatior . . — **Quam** rudis . . . auctor — **Quamque** . . . turba . ., Namque sagacius . . — **Quam** canis . .". C. III. 5. 50. 53. 16. 25 ets, Sat. I. 2. 104 ets: „ . . non aliter . . . — **Quam si** . . .. . . splendidior . . — **Quam si** . ., . . ante — **Quam** mercedem ostendi . .". bis **post caes. trith.** Epod. 2. 55: „Iucundior, **quam** lecta . .". C. II. 2. 9 ets: „Latius regnes . . — Spiritum, **quam si** . . .", semel **post i. diairesin,** C. IV. 8. 20 ets: „. . clarius indicant — Laudes, **quam** . .". **post caes. penth.** Sat. I. 2. 79: „Plus haurire mali est, **quam** ex . .". C. I. 24. 10: „Nulli flebilior, **quam** tibi . ." posuit. — **Vergilius „quam"** (= quantum) **in initio** posuit et **post caes. hephth.** E. 2. 20: „Quam divas pecoris nivei, ‖ quam lactis abundans!", A. VI. 694: „Quam metui . .". **post caes. penth.** E. 10. 33, A. IV. 11. VI. 436, VIII. 86: „Arcades o mihi tum quam molliter . . Quem sese ore ferens! quam forti . .. Proicere animas; quam vellent . ., Thybris ea fluvium, quam longa . .". **post caes. hephth.** A. IV. 193, XI. 309: „Nunc

[1]) = „priusquam" conf. VI. p. 36.

hiemem inter se luxu, quam longa . ., . . ., sed haec quam angusta videtis", **post i. diair.** E. 3. 100, G. II. 103, 106: „Heu, heu, quam pingui . ., Sed neque, quam multae . ., Discere, quam multae . .", saepius **conparativum „quam"** adhibuit et quidem praecedente „aliter" **post caes. trith.** G. I. 201: „Non aliter, **quam** qui . .", A. IV. 669: „Non aliter, **quam si** . .", **post caes. hephth.** A. XII. 124: „Haud secus instructi ferro, **quam si** . .", post **„tam" in initio,** G. I. 204 etc. III. 471 ets, A. VII. 787 ets: „Praeterea tam sunt . . . — **Quam** . . ., Non tam creber . . — **Quam** multae . ., Tam magis . . . — **Quam** magis . .", G. IV. 472 ets, A. VI. 309, 311, VII. 718: „Umbrae ibant . . . — **Quam** multa . ., **Quam** multa . . .. „**Quam** multae . . .", **Quam** multi . . .". ubi in antecedentibus „tam" subplendum est, **post caes. hephth.** A. IV. 188: „Tam ficti pravique tenax, ‖ **quam** . .", post „magis" **in initio,** G. 209 ets, 452 ets, A. V. 29 ets, VI. 470 ets: „Sed non ulla magis . . — **Quam** . ., Non tamen ulla magis . . — **Quam si** . .. Quove magis . . — **Quam** quae . .. Nec magis . . — **Quam si** . .", vel post aliam conparativi formam, A. III. 429 etc, VIII. 16 ets: „Praestat . . — **Quam** semel . . . . manifestius ipsi — **Quam** Turno . .", **post caes. hephth.** A. IV. 502: „Concipit aut graviora timet, ‖ **quam** . .", **in initio** et **in fine** et propter alteram copulam **in caes. hephth.**, A. XI. 169 ets: „Quin ego non alio digner te funere, Palla — **Quam** pius Aeneas, ‖ **et quam** ‖ magni Phryges, **et quam** — Tyrrhenique . . .". **„Quam"** denique Vergilius **anteposuit** in A. VIII. 723: „**Quam** variae linguis, habitu tam vestis et armis", X. 763 ets: „ . . ‖ **Quam** magnus Orion — Cum . . . — Aut . . — (768) Talis se . . infert . .", V. 458 ets: „Nec mora nec requies, ‖ **Quam** multa . . . — . . . sic densis ictibus . .", VII. 718 ets: „**Quam** multi . . volvuntur . . . — Saevus ubi . . — Vel cum . . — Aut . . — Scuta (i. e. tot) sonant . .", G. III. 309 ets: „**Quam** magis . . spumaverit . . — Laeta magis (i. e. tam laeta magis) . . . manabunt . .". — **Ovidius** saepissime **„quam" conparativum** adhibet atque 48 locos repperi, ubi **in initio** versuum adparet, **H.** 3. 119, 6. 59, 9. 29, 107, 15. 192, 355, 17. 95, 19. 95, **A.** II. 2. 61, III. 3. 3, **A. a.** I. 461, 655, **R. a.** 140, 463, **M.** II. 278, 534, 810, III. 320, 731, IV. 211, VI. 284, VII. 477, 488, VIII. 384, XIII. 9, 96, XIV. 16, **Trist.** IV. 6. 32, V. 2. 69, 4. 29, 41, 6. 37, 39, **ex P.** II. 4. 29, 7. 29, 8. 67, 11. 8, III. 12. 23, 13. 16, IV. 14. 57, 15. 15, 16, 17, (Ibis 39, 204), **Fast.** IV. 593, atque **50** locos, ubi **post caes. penth.** ponitur, **H.** 5. 111, 6. 9, 9. 23, 10. 1, 45, 12. 185, 13. 155, 14. 7, 15. 177, 16. 145, 259, 353, 17. 253, 18. 21, 19. 91. 105, 113, 21. 131, **A.** I. 2. 13, 8. 27, II. 10. 15, 15. 5, III. 9. 47, 11. 15, **R. a.** 335, 647, **M.** II. 141, III. 361, IV. 612, V. 635, XII. 480, 575,

XIII. 160, XIV. 307, XV. 330. **Trist.** IV. 1. 105. 10. 79. V. 6. 13. **ex P.** II. 10. 11, III. 5. 51. IV. 8. 41. 14. 13, 43. (Ibis 257. 263.) **Fast.** I. 197. II. 567. IV. 125, VI. 291, quibus addas **26** pentametros, ubi eodem modo **„quam" alterum hemistichium** incipit. **H.** 10. 2. 82. 12. 172. 13. 44, 16. 36. 17. 70, 18. 108, 128. 134. 19. 170. 20. 12. 158. **A.** II. 2. 28, 11. 26, **A. a.** II. 182, 398, III. 66, 296. 600, **Trist.** IV. 5. 10. **ex P.** I. 10. 36, II. 4. 12, III. 1. 76. 98. IV. 8. 40, 14. 12: atque **25** versus, ubi **post prim. diair.** conlocatur. **H.** 3. 129. 130. 9. 11, 16. 4. 18. 88, 19. 18. 20. 46, **A.** II. 5. 55, 19. 30. III. 10. 46. **A. a.** I. 272, **M.** XII. 220, **Trist.** I. 6. 17, II. 140, V. 6. 38. **ex P.** I. 4. 92. 5. 32, 8. 64. II. 7. 45. III. 5. 12, IV. 8. 98. 12. 22, (Ibis 205. 631). **Fast.** I. 170. atque **10** versus, ubi **post caes. trith.** adhibetur, **H.** 13. 105. 16. 338. **M. f.** 12. **M.** III. 257, 374. 662, IV. 348, VI. 195. **Trist.** V. 13. 21, **ex P.** I. 10. 18, IV. 9. 33, atque **11** locos, ubi **post caes. hephth.** adparet. **H.** 7. 63. 11. 23. 18. 185, **A.** III. 1. 47, **R. a.** 149, 585. 649. 669. **M. f.** 35. **M.** VI. 684. et **2** locos, ubi ad **finem** versuum ponitur, H. 19. 101, M. VIII. 55 (: „. . . **quam si**", . . . **quam** sim". Sane paucissimi sunt loci, ubi propter aliam magis valentem copulam vel magis ecferendam voculam **„quam"** a suo loco removetur, dico R. a. 141 ets: „**Quam** platanus rivo gaudet, | **quam** populus unda — **Et quam** . . . — Tam . .", ex P. II. 9. 45 ets: **„Sed quam** . . . — Tam . . .", H. 19. 170: „**Tu, quam** saepe petis, quod amas, tam saepe relingues", M. XIV. 677: „**Plus, quam**[1] credis, amo . .". Eadem ex causa **„quam"** quater **in caes. hephth.** cadit. A. III. 1. 47: „Et tamen emerui || **plus, quam** tu, posse ferendo". M. XII. 583: „Exercet memores | **plus quam** || civiliter iras". Trist. V. 5. 17: „Quaeque gravi nuper || **plus quam** || quassata procella est". Fast. IV. 301: „Quisquis adest operi, **plus quam** || pro parte laborat". Quia adbreviandi causa versus citare supersedeo, hoc tantum adiungo, circiter **33** locos esse, ubi **Ovidius „quam . . tam"**, circiter **26**, ubi **„plus . . quam"** vel **plura . . quam"**, **9**, ubi **„minus . . quam"**, **2**, ubi **„minor . . quam"**, **9**, ubi **„magis . . quam"**, **3**, ubi **„maior . . quam . ."**, **9**, ubi **„potius . . quam"**, **11**, ubi **„melius . . quam"**, **1**, ubi **„praestat . . quam"**, **3**, ubi **„malle . . quam"**, **5**, ubi **„non aliter . . quam"**, **2**, ubi **„haud aliter . . quam"**, **2**, ubi **„non secius . . quam"**, **4**, ubi **„non aliud . . quam"**, usus est, ita ut iterum poetam

[1] Ovidium hoc vitasse, demonstrant H. 3. 129: „Plus ego | **quam** . . ". 9. 11: „Plus tibi || **quam** . .", 16. 4: „Et plus, **quam** . .", 20. 46: „Quae tibi, | **quam** credis, plura . . .". A. II. 5. 55: „Haec quoque, | **quam**, 19. 30: „Facta est, | **quam** . .". ex P. III. 5. 12: „ . . Non mihi, | **quam** . ." (= IV. 12. 22), H. 19. 170: „Exiguum, | sed plus, | **quam** . . ." etc.

certas formulas adamasse statuam. nam aliae phrases: „acrius, fortius, fortior, gravior, tristius, laetior, notior, brevior, felicior, gratior, turpius, citius, molius, aequior, propior, mitius, contra, ultra, infra, ulterius, inferius . . . quam" **semel**, „levius, utilior, citius . . quam" **bis**, „tutius . . quam" **ter** tantum exstant. — Ut **panegyrista** copulam „**quam**" **anteposuit** sic etiam **Ovidius** non raro hac transpositione usus est, conf. H. 6. 59 ets, 9. 29 ets, 12. 26, 19. 179, A. III. 3. 3 ets, A. a. I. 461 ets, M. IV. 211, XII. 220, Trist. I. 6. 17, V. 6. 37—40, ex P. II. 9. 45 ets, IV. 14. 57, 59, 15. 15—19, ubi „**quam**" sequenti copulae „**tam**" anteponitur, H. 9. 11, 18. 21, 88, 20. 46, A. II. 5. 55, 19. 30, III. 10. 46, A. a. II. 13, M. f. 12, M. XIII. 95 ets, ex P. I. 4. 92, 8. 64, II. 10. 11, IV. 12. 22, (Ibis 204, 305, 631.) Fast. II. 567, ubi etiam copulae „**quam**" **conparativi** forma postponitur. —

Conferas denique ea, quae de particulis „**postquam, priusquam, antequam**" (VI. p. 33—39.) adnotavi, ex quibus etiam adparet „**quam**", si copularum partes seiungantur, **initium** versuum vel locum **post caesuras** tenere.

Panegyristam etiam „**qualis**" pro „**qualiter**" usum esse iam (III. p. 44.) commemoravi et **pan.** v. 43 ets: „**Qualis** inaequatum **si quando** onus urget . . . — . . natat . . libra", optime cum **Ovidii** M. XI. 24: „Et coeunt, **ut** aves, **si quando** . . . cernunt . .", XII. 50: „**Qualia** de pelagi, **si** quis procul audiat, undis — Esse solent . . .", XV. 604: „ . . . aut **qualia** fluctus — Aequorei faciunt, **si** quis procul audiat illos" optime conparantur.

De particula „**cum**" conparativa conf. VI. p. 15—33, praesertim Ovidiana exempla (VI. p. 31.).

Particulam „**tamquam**" (= quasi, ὥσπερ, ὁμοίως.) **Tibullus, panegyrista, Lygdamus, Propertius, Horatius non** adhibuerunt, **Catullus** semel **in initio** (97. 10.), semel **post caes.** (25. 8.), **Vergilius** semel **post i. diairesin,** E. 10. 60: „Spicula, tanquam haec sint . . ." posuit. **Ovidius** saepius hac copula est usus eamque quater **in initio,** Trist. II. 1. 130, ex P. I. 2. 16, Fast. II. 92, Ibis 438, septies **in initio** antecedente altera copula, H. 12. 148: „**Sed tanquam** . .". 13. 158, 15. 69, M. XI. 720, XIII. 437: „**Et tanquam** . .". A. I. 12. 11: „**At tanquam** . .", II. 9. 37: „Huc **tanquam** iussae . .", bis **post caes. trith.** H. 19. 28, Fast. II. 185, **quaterdecies** autem **post caes. penth.** posuit, conf. H. 15. 137, M. II. 360, III. 246, 651, IV. 565, V. 471, VI. 471, VII. 756, X. 279, XIII. 545, Trist. IV. 1. 97, 3. 19, V. 5. 35, ex P. I. 9. 7, et cum **coniunctivi** modi formis coniunxit.

Copula „**ceu**" ex „ceve" exorta (= sicut) apud **Tibullum, Lygdamus,**

panegyristam non legitur atque etiam a **Catullo, Propertio, Horatio** semel tantum adhibetur. **Horatius „ceu" in initio** posuit. C. IV. 4. 43: „Ceu flamma . . equitavit . .", **Catullus post i. diair.** 64. 239: „Thesea. ceu pulsae . . nubes . . liquere . .". **Propertius post caes. penth.**, IV. 5. 19: „Exorabat opus verbis, ceu . . . perurat . . lympha . .". — **Ovidius,** excepto A. III. 9. 25: „Adspice Maeoniden. a quo, || **ceu** fonte. . . ., — . . rigantur . .". nonnisi in Metamorphoseon libris hac copula usus est eamque semel **in initio,** M. XI. 26: „Ceu[1]) . . . praeda est . .". semel **post i. diair.** IV. 222: „Ergo ubi. **ceu** mater. . . . dedit . .", ter **post caes. hephth.** A. III. 9. 25. iam citato. M. V. 509: „Mater ad auditas stupuit, **ceu** saxea. voces". XV. 303: „ . . . . | **ceu** spiritus oris — . . solet . .. sexies **post caes. penth.** M. I. 135: „Communemque prius. **ceu** lumina solis et auras, — . . . signavit . .", 420: „Vivaci nutrita solo, **ceu** matris in alvo". III. 79: „Impetu nunc vasto. **ceu** concitus imbribus amnis. — Fertur . .", IX. 170: „Ipse cruor. gelido[2]) **ceu quondam** lamina candens — . . . stridet . .". XII. 487: „Plaga facit gemitus. **ceu**[3]) corpore marmoris icti, — Fractaque dissiluit percusso lamina collo". — **Vergilius** saepius **„ceu"** adhibuit ad introducendas conparationes idque quinquies **in initio** posuit. G. I. 303: „Ceu, pressae **cum** . . tetigere carinae. — Puppibus . . nautae inposuere coronas". A. VI. 491 ets: „ . . . pars vertere terga, — **Ceu quondam** petiere rates . .", VII. 378: „**Ceu quondam** . . . turbo — Quem . . . exercent . . ille actus . . . fertur . .". 673 ets: „ . . . feruntur, — **Ceu** duo . . . **cum** . . . — Descendunt Centauri . . .", 698 ets: „ . . . canebant. — **Ceu quondam** . . cycni. — **Cum** . . .", semel **post i. diair.** A. X. 356 ets: „ . . Magno discordes aethere venti — Proelia **ceu**[4]) tollunt . . . (360) Haud aliter . . concurrunt . . .". semel **post caes. trith.** A. IX. 339 ets: „Inpastus **ceu** plena leo . . turbans — Suadet enim . . . fames . . . fremit ore cruento. — Nec minor . .". quater **post caes. penth.** A G. III. 542: „Litore in extremo. **ceu** naufraga corpora, fluctus — Proluit . .", A. II. 416: „Adversi rupto **ceu**[5]) **quondam** turbine venti — Confligunt . ." (conf. X. 356.), 516: „Praecipites atra **ceu**[6]) tempestate columbae — . . . sedebant". IX.

---

[1]) „ceu" 4. enuntiati locum obtinet.

[2]) „ 2. „ „ „

[3]) Altera traditio: „in corpore". „ut corpore"; Koch emendavit: „ut verbera . .", Riese „ut verbere", et traditum „collo" Merkelius et Riese mutaverunt in „callo"

[4]) „ceu" 6. enuntiati locum obtinet.

[5]) „ 4. „ „ „

[6]) „ 3. „ „ „

792 ets: „Et glomerare manum. **Ceu** saevum turba leonem — **Cum** telis premit . . . Haud aliter . .", decies **post caes. hephth.** A. X. 723 ets: „Inpastus stabula alta leo **ceu**[1]) saepe peragrans — Suadet . . .. si forte . . . — Gaudet . . — Sic ruit . ." (conf. IX. 339.), G. IV. 96 ets: „Namque aliae turpes horrent, **ceu** pulvere ab alto — **Cum** venit . .". 499 ets: „Dixit et ex oculis subito, **ceu** fumus in auras — Conmixtus tenues fugit . .", A. V. 740: „Dixerat, et tenues fugit, **ceu** fumus, in auras". II. 438: „Hic vero ingentem pugnam, **ceu** cetera nusquam — Bella forent . .", V. 88: „Squamam incendebat fulgor, **ceu** nubibus arcus — Mille iacit . .", 527: „Consumta in ventos, caelo **ceu**[2]) saepe refixa — Transcurrunt . . . sidera . .", VIII. 408 ets: „Curriculo expulerat somnum, **ceu**[3]) femina primum — Cui . . . (414.) Haud secus . .", X. 97: „Caelicolae adsensu vario; **ceu** flamina prima — **Cum** . . fremunt . .", XI. 297: „Ausonidum turbata fremor, **ceu** saxa morantur — **Cum** rapidos amnes . .", semel **ad finem** A. II. 355 ets: „ . . . Inde, lupi **ceu** — Raptores . . . vadimus . .".

Particulam **„sicut"**, quae similitudinem tantum indicat, **Tibullus, panegyrista, Propertius** non adhibuerunt, **Lygdamus** semel 1. 18: **„Sicut** erit, . ." **in initio, Catullus** semel 2. 9: „Tecum ludere, **sicut** ipsa . ." **post** caes., **Horatius** semel **post caes.** Epod. 11. 1: „Petti nihil me, **sicut** antea, iuvat", semel **in fine** versus, Sat. I. 1. 32: „ . . ., **sicut** — Parvula . . ormica . .". **Vergilius** semel **in initio** posuit, A. VIII. 21 ets: „ . . ., perque omnia versat — **Sicut** aquae . . **ubi** . . . pervolitat . .". **Ovidius** saepius hac copula usus est eamque duodecies **in initio** posuit in H. 21. 25, 120, A. II. 5. 45, M. IV. 370, V. 601, VI. 244, 657, XII. 205, XIII. 885, Fast. I. 424, VI. 331: „**Sicut**[4]) eram . ., ab Hippolyte . .. erant . ., inhaerebat . ., eram . ., erant . ., erat . .. erat . ., erat . .. erat . ., erat . .; Fast. II. 233 ets: „Sicut aper, . . actus — . . dissipat . . — Mox . . periit, sic . ." et respicias tam iteratam brevem formulam „sicut erat" etc, et tantum in F. II. 233 ets. longiorem conparationem induci. Septies **„sicut" post caes. penth.** conlocavit, etiam in brevibus formulis, II. 6. 112, 9. 110, 10. 138, Trist. III. 4. 79, ex P. IV. 5. 13, (Ibis 291, 359), bis ob alteram hunc locum obtinentem copulam removit **in caesuram,** H. 16. 39: „Nec tamen est mirum, || **si, sicut**

---

[1]) „ceu" 5. enuntiati locum obtinet.

[2]) „ 2. „ „ „

[3]) Alia traditio est: „**cum** . ." sed sequens „haud secus" copulam „ceu" conmendat. Conf. Apoll. Rh. Argon. III. 291—295.

[4]) „sicut" subpleas ad sequentia verba.

oporteat, . .", 20. 5: „Quid pudor ora subit? || **Nam, sicut** in aede Dianae". Quia, ut exempla proposita docent, „sicut" leviter tantum similitudinem indicat et brevibus formulis adiungitur, fortasse in Vergilii A. VIII. 21 ets. et Ovidii Fast. II. 233 ets., quibus in locis vera conparatio inest, „velut" vel „veluti" exspectandum esset.

Huic longiori, quam iam excusavi[1]), digressioni pauca adiungam atque deinde, ne longius obsistam, quantum possum, ad finem ex voluntate percurram.

---

[1]) VI. p. 67.

CONTINUABITUR.